



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 77. Legatus Pontificis in Capitulo FF. Minorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV.
A. C. 1430.

tim in Picardiam tam præcipiti pedum studio dilabuntur, ut insequentium Gallorum solertiam feliciter eluderent. Ita Compendiæ urbs in Franciæ potestatem rediit, occupatis simul, quæ hostis in castris reliquerat, belli tormentis, ingenti- que comœatu, & maxima Sarcinarum copia. Paulo post non procul a Catalauno Campaniæ oppido ad ædem B. Virginis Spinosæ acerrimum committitur prælium, Burgundionum, atque Anglorum septem vel octo millibus desideratis, reliquis in fugam actis.

§. LXXVII.

*Legatus Pontificis ad Capitulum FF.
Minorum missus.*

*Bullar. to. I.
in Martin.
V. Et tom. 2
in Pii IV.
Const. 103.*

Die decima tertia Junii Papa Cardina- lem S. Petri ad vincula Hispanum, ad generalia F. F. Minorum Conventua- lium comitia, Assisi celebranda Legatum a latere destinavit, eique plenam dicti Or- dinis disciplinam restaurandi auctorita- tem concessit. Id muneris Legatus strenue obiit, prout ex declarationibus hujus Regulæ apparet. Attamen Pontifex mox anno sequenti Mense Julio ordinationes, quas Cardinalis fecerat, nonnihil mitiga- re compellebatur; quibus Pius IV. rur- sum novas adjecit declarationes, edita hanc in rem Constitutione Apostolica; ut
filen-

silentio premamus ceteras mitigationes, Sæcul. XV.
 easque multo plures, quas varii summi A. C. 1430.
 Pontifices illo abhinc tempore concesserunt; Hic enim sacer Ordo longe lateque
 diffusus, varias subiit vicissitudines; quippe non raro illius Religiosi ad severiorem
 disciplinam revocati, nova reformationum genera introducebant, quibus etiam di-
 versa indiderunt nomina. Porro multi-
 plex illa reformandi necessitas ortum suum
 trahebat ex nimia Pontificum facilitate,
 quæ ad conservandum, aut restituendum
 inter Ordinis hujus Alumnos unionis ac
 charitatis vinculum, frequentius Regulæ
 rigorem temperabant.

§. LXXVIII.

Facultatis Theologicæ censura quarundam Propositionum.

Anno præcedenti Joannes Sarrazinus Dupin. Bibl. Ordinis FF. Prædicatorum Faculta- Script. tom. tis Theologicæ Parisiensis Doctor post Ve- 12. p. 145.
 sperias suas, ut vocant, quasdam propo-
 sitiones circa jurisdictionem Ecclesiasti-
 cam nimium temerarias enunciavit, quas
 eadem hæc Facultas ineunte hoc anno
 censuris notavit, dictumque Religiosum,
 ut eas in pleno confesso retractaret, ad-
 strinxit. Octo erant ejusmodi propositio-
 nes, quarum prima: *Omnes potestates ju-
 risdictionis Ecclesiæ, alicæ a potestate populi,*
 Qq 5 sunt